

161

noſtre curie augmentavit, cum iuribus proventibus pactis
et ^{ven}conficiendis ſupradictis, cum ſuis conceſſe fuerant
eidem iudei peregrino et sociis, ut ſuperius dictum eſt.
pecuniam vero totam, quam tam pro cabella dicte ſecrecie,
quam pro cabella iurium et proventuum ſalis dictus
Matheus ſecreto, computato predicto augmento facto per
eum tam in dicta ſecrecia quam in ipſis iuribus et proven-
tibus ſalis predicto modo, ut ſuperius eſt expreſſum, curie
noſtre dare tenetur, per ſuchior terminos preſentis anni
ſcilicet inſolentis, ſingulis videlicet tribus menſibus, ſicut
acciderit, quartam partem, et predictam quantitatem
victualium et vini quam dare tenetur pro dicta ſecrecia,
~~quam in ipſis~~ debitis et conſuetis temporibus ſimiliter
noſtre curie vel ſuis mandaverimus per litteras
noſtras ſub ſigillo maiestatis noſtre magno et conſue-
pudenti et ſigillo noſtro parvo ſecreto ſecundum
noſtram ordinationem in curia noſtra factam, integra-
liter exhibebit. et de pecunia tota ac victualibus
omnibus et vino predictarum cabellarum per pre-
dictos terminos, ut predictum eſt, exhibenda et tenetur
et convenit dare predicto vicario noſtro ſicilie ſufficien-
tem fidem ^{inſolentem} viſque ad predictam quantitatem terminum
universum anni, ſtatim quod de curia noſtra ad partes
ſicilie redierit. cui etiam predicto Mattheo providimus,
quod a cabella predicta ſecrecie et ſalis non debeat annuo-
beri pro minori augmento universum anni quadrin-
gentarum ponderis generalis ultra totas quantitates pre-
dictas post triduum, poſtquam conceſſio ipſarum ca-